Early Journal Content on JSTOR, Free to Anyone in the World

This article is one of nearly 500,000 scholarly works digitized and made freely available to everyone in the world by JSTOR.

Known as the Early Journal Content, this set of works include research articles, news, letters, and other writings published in more than 200 of the oldest leading academic journals. The works date from the mid-seventeenth to the early twentieth centuries.

We encourage people to read and share the Early Journal Content openly and to tell others that this resource exists. People may post this content online or redistribute in any way for non-commercial purposes.

Read more about Early Journal Content at http://about.jstor.org/participate-jstor/individuals/early-journal-content.

JSTOR is a digital library of academic journals, books, and primary source objects. JSTOR helps people discover, use, and build upon a wide range of content through a powerful research and teaching platform, and preserves this content for future generations. JSTOR is part of ITHAKA, a not-for-profit organization that also includes Ithaka S+R and Portico. For more information about JSTOR, please contact support@jstor.org.

er allein mit ihr. als er sie aber nach ihrem namen fragte, antwortete sie, sie dürfe ihn nicht nennen wenn er nicht erschrecken solle. darauf bat er sie inständig den nächsten abend wieder zu kommen, und dies versprach sie ihm. am dritten abend war Lassmann vor ungeduld frühzeitig in dem saale und verwandte kein auge von der thür. endlich kam Helene in einem gewande das mit lauter goldenen und silbernen sternen gestickt war und von einem sternengürtel festgehalten wurde; ein sternenband hatte sie um ihre haare geschlungen. Lassmann war noch mehr als zuvor von ihr entzückt und drang in sie mit bitten sich ihm endlich zu erkennen zu geben. da küsste Helene ihn schweigend auf den linken backen, und nun erkannte Lassmann sie auf einmal wieder und bat voll reue um ihre verzeihung, und Helene, froh ihn wiedergewonnen zu haben, liefs ihn nicht lange darauf warten.

GREGORIUS.

Unter mehreren meist auch sonst bekannten lateinischen gedichten die in eine handschrift der königlichen bibliothek zu München (cod. Aug. s. Ulr. 113. 4°. *papier) von einer hand des* 14*n jh. zusammengetragen sind ist eines (bl.* 43ᵃ —52ᵇ) *das in* 453 *hexametern die sage von Gregorius auf dem steine erzählt. wer die gemütliche deutsche behandlung desselben stoffes durch Hartmann von Aue kennt wird sie gern mit dieser lateinischen vergleichen, die weniger als eine andere, von welcher H. Leo in den blättern für literarische unterhaltung für* 1837 *s.* 1431 *und danach Jac. Grimm in der vorrede zu den lat. ged. des* 10*n und* 11*n jahrh. s.* XLV *f. ein bruchstück mitgetheilt hat, für eine nachbildung derselben zu halten sein dürfte. da sich die hauptmomente dieser christlichfrommen sage auch in älteren des germanischen nordens finden und vielleicht ebendaher entlehnt sind, so wird dieselbe, ob auch in lateinischem gewande, eine stelle unter deutschen alterthümern in anspruch nehmen dürfen. gesteht man ihr, auch als lateinischer dichtung, ein gewisses verdienst zu, so wird ihre bekanntma-*

chung aus einer ziemlich fehlerhaften abschrift, an der hier nur das verbeſserlichste verbeſsert ist, vielleicht veranlaſsung sein daſs auch noch lesbarere und richtigere texte ans tageslicht gezogen werden.* J. A. SCHMELLER.

* *ich habe mir erlaubt vermutungen, so viele mir einfielen, hinzu zu fügen. sie sind mit H bezeichnet. Haupt.*

*G*ratia potentis, quaè cunctarum moderatur
*R*erum processus, quae regem misit ab arce
*E*xcelsi solii miseris succurrere, sanctos
*G*ratuitis ditare donis, relevare iacentes,
*O*ppressos homines extollere, vincula vinctis
*R*umpere, peccata dimittere, crimina mundi
*I*ustitia delere sua, dignetur adesse,
*U*t valeam vitam cuiusdam scribere metro
*S*ancti, qui possit speculum peccantibus esse.
*P*ostquam praecipiti ceciderunt omnia casu,
*E*xpulsis primis de sede parentibus alma,
*C*oeperunt homines in terra multiplicari,
*C*rimina creverunt populo crescente, nec ullus
*A*lterius portabat onus, sed lege relicta
*T*otus erat mundus confusus, venit Olympo
*O*mnipotens, ut ferret opem, solusque valebat
*R*eddere quod periit et solus cuncta redemit.

Rex recto ritu regendo regna tenebat.
Nobilis huic dederat prolem natura gemellam,
Natum cum nata. probus hic fuit, illa decora.
Tempus edax longusque dies seniumque molestans
Regem cogebat morti sua solvere iura.
Convocat hic proceres. veniunt. praesentibus illis
Nato committitur regnum, natam quoque nato
Committit, sed committit nimium, meliusque
Non commisisset. manet inviolabile fatum.
Sed quoniam, sicut testatur Naso poeta,

1—17. *ob das acrostichische* Gregorius peccator *auf jenen, den doch das gedicht als einen heiligen verherrlichen will, oder etwa auf den dichter geht?* 1. pollentis? *H.* 4. *l.* bonis *H.* 24. *l.* committit *H.* 27. Naso] *her.* 2, 85.

Exitus acta probat et finis cuncta coronat,
Qui mala commisit, conclusit fine beata.
Rex moritur, sed non penitus, quia filius eius
In regno regnat et recte regna gubernat.
Cuncta regendo bene, se non regit, immo ruinam
In se convertit, dum non ut frater amavit
Germanam. dilexit eam, dilectio crevit,
Ut Byblis fratrem dilexit, Myrrha parentem.
Hanc multi petiere proci: procul ipse procorum
Esse iubet turbam, quoniam procus improbus ipse
Vult optatque sibi soli quam non cupit ulli.
Ergo iocos fingit, dat basia, brachia stringit,
Aggreditur, sic transgreditur commissa, querelas
Exequitur, solatur eam quocumque vovendo.
Et licet ambo scelus hoc velint dissimulare,
Non tamen id celat uterus, loquiturque pudorem,
Voce carens, partu turgens. iamiam manifesta
Crimina sunt utero. ne factum fama loquatur,
Rex quodam conclusit eam. fuit unus in eius
Regno vir prudens, qui regi iam tumulato
Consulerat, cuius sapientia vicerat omnes
Illius regni sapientes. hunc vocat, illi
Factum denudat humilis. consultor ad ista
Vir prudens stupuit, relevat, solatur, et illi
Consilium spondet dicens celare pudorem.
'Hunc ego celabo, quoniam mihi provida coniunx,
Auxilio cuius sic facta premam, quod in omni
Nemo sciat regno praeter nos. esse paratus
Ad mea verba velis.' se totum subiicit illi
Rex humilis, proceres vocat, coram quibus illi
Regnum committit prudenti: nam cruce mentem
Et vestem signat, dicens se velle sepulchrum
Visere pro voto domini. benedixit et ivit.
Istud consilium sapiens suggesserat illi.
Quid moror? hic moritur, seu conscia praecipitavit
Mens vitam summa dies. angustia mentis
Saepe dies hominis prorupto tempore rupit.

33. ut *fehlt.* 42. *l.* vellent *H.* 48. *es steht* vincerat 57. *l* proceresque *H.* 63. seu summa d.? *H.*

Vir prudens regnum moderatur, femina cuius
Factum sic celat quod nulli fama revelat,
Dicens quod nullus reginam cernere possit
Donec rex reditum faciet, vel forte per annum
Hanc servare velit, ne fiat causa doloris,
Si procus hanc vel si velit ipsa procari.
Tempus adest partus, puerum parit et pariendo
Efficitur mater: amitam tamen esse fatetur
Se: si vixisset pater eius, avunculus esset.
Vir prudens puerum tollit capsaque recondit,
Purpureo panno circumvolvit, mediamque
Particulam panni mater linquit, et superaddit
Viginti marcas auri, tabulisque notavit
Quod puer gentilis adhuc quoque rex pater eius
Reginaque mater, celatum non negat ortum,
Et rogat in tabulis, si forte pepercerit illi
Sors, si quis fuerit pueri tabulaeque repertor,
Aurum tollat, alat puerum, baptizet eundem.
His actis tabulam claudit, linit intus et extra
Glutine, ne possit humor fluctinus obesse,
In mare mittit eam, procul hanc rapuere procellae.
O puer infelix, miser et miserabilis, heu!
En alter Moyses repetit cum piscibus undas.
O fatum dirum, cur non dampnare vereris
Tam parvum puerum, sic innocuum sine noxa,
Qui nil deliquit, nisi quod genuere parentes
Incesti? sed nos numquid peccata parentum
Sic omnes fuimus? sed et excusabile fatum
Se faceret, si fata forent. sed fata relinquo,
Ad creatorem revertor. qui mare fecit,
Qui mare calcavit, puerum servavit in unda.
Est locus ad littus maris: illic regula quondam
Collegit domino famulantes. hic veniam det
Lector produci Gregorium aut breviari.

70. hanc aliquis? Si poscat procus hanc? Si procus hanc poscat? *H.* 76. *l.* matri linquit, superaddit *H.* 78 *f.* Quod gentilis adhuc quodque esset rex pater eius, Regina mater, celatum? *die prosodie* reginá *wie z. b.* 207. *H.* 83. tabulam] capsam? *H.* 86. *l.* eheu *H.* 91. sed] seu? *H.* 92. *l.* luimus *H.* 94. *l.* Adque *H.*

Hoc nomen fuit abbatis. isti pueroque
Nomen erit idem cum baptizabitur ergo.
Sed quocumque velint metro ponatur ubique.
Suppleat interdum totum monosyllaba nomen,
Ut si dicam Gre, vel sic dissyllaba, Grego,
Vel trisyllaba sic, Gregori Gregoriusque,
Vel Gregorius. occurrit saepius illud
Nomen: propterea veniam de nomine quaero.
Ad seriem redeo. fratres Gregorius abbas
Rexit, direxit, correxit, corpore, mente.
Festa dies aderat et pisces mensa petebat.
Defuerant. claustrum abbas pro piscibus exit
Et piscatores iubet ut sua retia laxent.
Res nova: qui pisces cupiunt, puerum capuerunt.
Ignorant quid sit. cogentibus ergo procellis
Adpellunt, sed vix in navem retia ducunt.
Spes trahit abbatem. propinquat et speculatur,
Sed quod rete ferat, nihil invenit. ergo bacillo
Retia dimovit. piscatores mala verba
Dant illi, 'numquid fures sumus, ut tibi pisces
Furemur? te propterea sic retia nostra
Volvere non decuit.' abbas recedit. iecti
Vagitus pueri resonat sub retibus. abbas
Audit, miratur, latitat, reperit, reseratur,
Et puer et tabulae pariter cernuntur et aurum.
Abbas scripta videt, resciscit singula signa.
Tunc, quia discretus, piscatori dedit auri
Tres marcas, puerum committens, tollat ut ipsum,
Praecipiens ut eum baptizari roget, ut se,
Compater ut fiat, rogat. ista facit sapienter.
Piscator puerum recipit, ut filius eius
Si fuerit, eum baptizari facit, abbas
Compater efficitur pueri Gregorius, illum
Aequivocum facit esse suum. fratres tamen illud
Aegra mente ferunt. abbas obpescuit omnes.
Ecce puer crescit tam corpore quam probitate.

101. velim? *H.* 105. occurrit nam (*oder* quod) s. i.? *H.*
112. rapuerunt? *H.* 120. iecti]? 124. *es steht* rediscit
128. *l.* roget *H.* 130. illum? et eum? *H.*

Cum pueris ludit quasi germanus eorum.
Quod sit adoptivus nescit puer, at tamen intus
Hunc natura docet quod voluit degener esse.
Cum pueris ludens (seu casu laeserit illum,
Ludentem laesit) dum quodam tempore ludit,
Offendit forte puerum, quem nomine fratris
Esse fratrem putat. laesus puer ad genitricem
Accusat Grego. mulier commota novercam
Induit et nescit se simulare novercam,
Quamvis non voluit, verbis exprimit iram.
'Spurius ille puer nuper defluxus in undis,
Quem mare reiecit, quem vix haec terra recepit,
Insultat nostris pueris et verbere saevit.
Proh puer hic etiam nostram pervenit ad aedem:
Sit procul a nobis et sit maledictus et expers,
Exul, inops vivat, aliena limina lustret.'
His aderat verbis Gregorius, at tamen illum
Nescivit mulier. puer hic tristatur et omnem
Infra se celat gemitum nullique revelat
Probra, sed extremae mandat muliebria cellae.
Tempus adest quo adesse debet scolae puer. illum
Compater apponit studio: discit puer et sic
Imbutus Musis, et quem neglexerat ortus,
Ingenio fortuna beat. procedit ad annos
Sic iuvenis nimis hunc nimio stimulante dolore.
Laetitiam simulare negat, sed tristis in omni
Facto fit. quid agat, dubitat. considerat illud
Abbas discretus, quaerens quae causa sit illi
Tristitiae, vix extorquens. illi probra Grego
Narrat feminea. pater inquit 'quid placet inde,
Hoc totum faciam.' Grego dixit 'volo miles
Esse, pater, mihi cum dominus dabit unde. sed hoc scis
In domino confido Iesu: sperantibus in se
Semper adest.' dominus abbas dixit 'bene dicis.
Da domino laudes, quia dives es:' dederatque
Inventum aurum, superaddens foenora multa.

135. *l.* quasi sit *H.* 137. quod nolit? *H.* 143. *l.* se dissimulare *H.* 144. et verbis? *H.* 150. *l.* alienaque *H.* 153. *l.* Intra *H.* 157. *l.* Imbuitur *H.* 166. mihi *fehlt.* 167. fido? *H.*

Militat ergo Grego, crescens multa probitate,
Adiungitque sibi socios. abbas pater inquit
'Et modo quid facies?' Gre dixit 'non requiescam
Donec percipiam quae mihi sit terra, quis ortus,
Quis pater et mater, vel quae cognatio, vel quae
Me fortuna regat.' tabulas huic protulit abbas,
Quae genus illius memori scripto retinebant,
Quas prius ille senex parvae coniunxerat archae.
Quando conclusit, grates Gre multiplicavit.
Ex hinc eximius proficiscitur et loca quaerit,
Quae sibi sit patria se noscere quaerit, et ubi
Iam reperit loca multa matrem mirabilis ecce
Occurrit casus. casu pervenit ad illam
Urbem quam mater sua rexit solaque mansit
Sub ditione sua: dux quidam cetera bello
Castra tulit, vix haec in castroque mansit.
Ingreditur castrum, movet hunc iniuria matris,
Quam matrem nescit, reginae condolet, armis
Succinctus pro iustitia iubet citius omnes
Armari senes, ut se comitentur in armis.
Ista iubet cives, ut ei succurrere totis
Viribus insistant. et eo iam produce fiunt
Audaces, acies acuuntur et arma parantur.
Ecce repentina festinat fama venire
Dux castrum ducis hostes. iam vulgus adesse
Indicat. occurrit illis Gregorius, hostes
Impugnat, vastat, confundit, cetera turba
Plus audet quia sic audere nitet, probitasque
Civibus excrevit audentis de probitate.
Hostes consternunt, quia consternuntur et ipse
Dux fugit. hinc cives citantur proque triumpho
Victima digna datur. quaerit regina quis iste
Sit miles per quem virtus sic crevit, et omnes
Ignorant laudantque virum et ipsum

174. *l.* mi sit *oder* sit mihi *H.* 180. *es steht* eximias proficitur 181. sit *fehlt.* *l.* ubique *H.* 182. matrem]? 186. vix haec in hoc castroque remansit? *H.* 187. *es steht* movent huc 189. *l.* ocius *H.* 190. senes] cives? *H.* 195. Ex castro ducis? *H.* 201. *l.* laetantur *H.* 204. *es fehlt etwas.*

Ipsa videre cupit, quoniam Gregorius illi
Multa transmiserat et misit vice versa
Illi regina sua munera. dicitur illi
'Ante fores templi, cum forsan templa subibit,
Ipsa virum spectare potes, iam templa patebunt.'
Stat Grego ante fores, quem regia purpura vestit
Qua puerum mater involverat et pater abbas
Hinc vestes illi formavit. suspicionem
Mater habet, sed diffidit quod filius eius
Vivat adhuc, fato ponto piscique relictus.
Grates illa refert de factis, munera praebet.
Argentum, vestes, aurum quoque respuit ille,
Ut dives, quoniam rerum sibi copia fluxit.
Dux bellum renovat, rursus fit maior in armis,
Urbem circumdat. Gregorius associatus
Civibus hostiles insultat, macte retundit,
Hostes confundit, necat hos, fugat hos, capit illos.
Ut lupus ovibus, ursus capris, ut leo dammis,
Buteus asper aquis velut accipiterque columbis,
Est ense manu vel sic Gregorius et inmitis.
Qui possunt fugere fugiunt, reliqui capiuntur
Aut occiduntur, dux sic confunditur ut iam
Vires non ausit rursus bello renovare.
Omnes conveniunt, gratulantur, Gregoriusque
In caput eligitur pro bello. profugi ducis
Cives invadunt reginae castra, requirunt
Omnia vixque duci domus vita relinquitur, in qua
Delateat. pacem rogat, vix obtinet illam.
Turba coit procerum, reginae suggerit ut se
Coniungat viro quia regnum rege carere
Non decet. illa refert 'vellem sine coniuge vitam
Ducere, sed quia suadetis me nubere viro,
Parebo verbo, vos tamen quaerite regem
Qui vobis placeat et me tegat.' petit illam

205. Multa transmisit et transmisit? *H.* *es steht* versa vice 223. aquis, *den fischen im waſser? H.* 224. Ense manuque velox Gregorius est inimicis. *H.* 229. profugi ducis] profugientis, *mit einer im mittelalter nicht seltenen meſsung? H.* 231. *l.* domus una r. *H.* 232. *l.* at vix *H.* 233. *es steht* sugerunt 237. vos tantum? *H.* 238. *l.* adpetit *H.*

Nunc hic nunc ille et rex sperat quilibet esse.
Protrahit illa moram, quia vellet vivere casta.
Fata negant. proceres reginae consilium dant,
Ut se coniungat equiti per quem sua castra
Perdita restitui sibi viderat. annuit illa,
Consilium sequitur, natum nubit, quia nescit
Esse suum natum. melius non nata fuisset,
Si deus omnipotens fieri non consuluisset.
Gregorius regnat, scelus ignorat tamen illud.
Conscia mens mordet, tabularum scripta relegit.
Nam solus saepe cubile clausit ubique
Questus singultus gemitus et verbera plangit
Et lacrimas multas effudit. noverat illud
Unica reginae famulans ancilla fidelis
Reginaeque refert. rogat hanc regina, ut ipsa
Insidias ponat, vasculo tabulasque repostas
Clam rapiat. cameram claudit clavemque reponit.
Illa videns tabulam rem scit tabulasque relegit,
Cum gemitu lecto se ponit, mox revocare
Venatu regem facit. hic redit. 'et mihi quid nunc
Tam subito mandas, venatio nostra valebat
Si me forte duas absentareve dies tres?'
Illa gemens longa trahit suspiria, dixit
'Heu misera, quid agam, cum me dominus genitricem
Esse tuam voluit? utinam genitrix tua tantum
Et iam non coniux! proh, sum tua mater et uxor.
Vellem non esse, vellem non nata fuisse,
Ne fierem mater. vehemens dilectio qua me
Frater dilexit male dilexit. frater
Qui meus, est tuus ille pater: tua sum modo mater
Et coniux, amitamque vocas cui nomina tot sunt
Confusi generis voluit natum tumulare.
Heu quot quaeque mihi sunt nomina! nescio quo sim
Nomine dicenda: sum mater et uxor
Sum socrus ac amita, sum neptis, filia, pellex:

244. *l.* nato 246. *es steht* consiluisset 249. Nam solus se saepe cubili clausit ibique *H.* 250. planxit? *H.* 253. reginaque, ut ipsi? *H.* 254. *l.* vasclo *H.* 261. *l.* traxit *H.* 267. Frater dilexit, dilexit me male. frater? *H.* 270. ? 272. eadem sum? *H.*

Quo potius dicar? socer est genitor mihi: socrus
Sum patrique filia sive genitorque nepotem
Timens appellat: avus tuus ipse sororem
Frater me dicit: pellex sum facta duorum:
Est tuus ipse pater tibi factus avunculus et me
Sic amitam tuam esse facit, sum tua mater.
Altera describi possunt problemata Sphingis.
Sic de Lot legitur idem de quo scriptum reperitur
'Est avus ipse pater pueri, sator quoque mater,
Estque noverca sibi matertera, sic soror illi.'
Numquid de stirpe sum Laii? credo quod alter
Oedipus tu sis, ego sum Iocasta vel ipsa
Infelix Myrrha vel Byblis adultera fratris
Vel si vera loquor possum iunanaque dici.
Nominibus tantis ex omni parte relictis
Esse volo mater, tu tamen consule matri.'
Sic queritur dubia tristis regina, sed ante
Quaesierat genus ipsius dicens 'scire volo
Quae stirps, an sis mihi compar nobilitate.'
Grego respondit 'scio quod sum nobilis et me
Rex e regina genuerit. solicitari
Non debes inde.' mater tabulas sibi dedit et inquit
'Vera refers.' visis tabulis Gre vix valet inde
Ad coelos oculos attollere, sed gemebundus
Ipsum solatus et tristis talia fatur,
'O deus, o domini Iesu sanctissima mater,
Quid res ipsa notat, non est audacia ullis
Temporibus visa vel talis confusio rerum.
Post chaos explicitum, post primula mundi
Tale nefas quis percepit, quae pagina scripta
Exposuit, penna conscripsit, penna paravit?
Sed pius ipse deus, fons totius bonitatis,
Qui facit omne bonum, mala permittens, meliora

275. ? 276. avus et tuus? *H.* 279. Sic amitam facit esse tuam, cum sim tua mater? *H.* 281. idem *zu tilgen. H.* 282. sator] soror est? *H.* 285. *es steht* locusta 286. *es steht* belis 288. iunanaque]? 289. tu tantum? *H.* 291. *l.* volo scire *H.* 292. *l.* Quae sit stirps *H.* 294. *l.* Rex et reginá genuerunt *H.* 295. inde] hinc? *H.* 300. *l.* Quod, *und vielleicht, nach deutscher weise,* nullis *H.* 301. vel] *l.* aut *H.* 302. post primaque initia? *H.*

Pravis eliciens, de petra mella propinans,
De nigris corvis faciens pro velle columbas,
Qui dixit Veni non iustos ut renovarem,
Sed peccatores se corpore posse fatentes
Promptus suscipere, nobis dignetur adesse,
Qui Petrum flentem, Matthaeum lucra petentem,
Dismam pendentem, Mariam sanctamque gementem
Vidit, suscepit, audivit, sanctificavit,
Vitam det nobis per tot tempora continuare
Ut digne nostrum possimus flere reatum.
In regno maneas et clam tua crimina plangas:
Exul ero, quaeram locum plorantibus aptum.'
Regnum dimittit baculumque rapit, procul hinc it,
Commoda postponit, veniam petit et loca quaerit
In quibus ipse suas possit deplangere noxas.
Dum loca sic multa pertransit, venit ad aedem
Cuiusdam duri piscatoris. rogat illum
Hospitium nocte. piscator durus et asper
Corripit miserum verbis, 'obstuua quid optas?
Unde venis? quid vis? quo tendis? pondera ferre
Deberes potius quam sic discurrere. longe
Sit tibi nostra domus. latronem te puto: velles
Nobis occisis res nostras tollere nocte.'
Gregorius supplex lacrimis ita dixit obortis,
'Eya, mi domine, non est ita, loca quaeram
In quibus acta luam mea crimina, namque miser sum
Peccator, veniam peto, mihi gratia tamen
Hospitii detur per noctem: cras eo mane
Quo me cumque deus duxerit et loca quaeram
Quae de commisso me purgent crimine.' sponsa
Hospitis hinc petit ut miser ille quiescat.
'Sed peccatorum si forsan mole gravaris,
Si me cras sequeris, si vis commissa delere,
Ad loca te ducam quae te cito sanctificabunt.'

310. ? 315. per tempora *oder* tot tempora *ohne* per *H.* 318. *l.* quaeramque *H.* 322. venit *fehlt.* 325. *l.* Corripuit *H.* obstuua *in den mittleren buchstaben undeutlich.* o scurra? *H.* 330. *es steht* lacrimas *und* abortus. 331. *l.* sed loca *H.* 334. veniamque — tantum? *H.* 335. *l.* direxerit *H.* 337. Hospitis hinc noctem petit? *H.*

Gregorius laetatur in his, grates agit, intrat
Porcorum stabula, suffragia paucula sensit
A piscatore. sol occidit et oritur sol.
Piscator more mane consurgit in undas,
Ut victum quaerat, clamans 'cur non venit ille
Peccatorum sero volens sanctissimus esse?'
Femina Gregorium vocat, 'o miser, cito! navem
Vir meus intravit.' mox ille sopore relicto
Evigilat, tabulis oblatis ad mare currit.
Hunc ratis accepit, piscator transvehit ipsum,
In rupem ponit, ubi pauca gramina tantum,
Et riueis fluxit remis, nullum quoque lignum,
Nec pira nec poma creverunt, sed neque mora
Ulla fuit causa cur rupem viserit illam
Nullus homo, quoniam fuit locus sine fructu.
Illic piscator Gregorium compede vinctum
Emittit, clavem quoque compedis in mare iecit,
Dicens 'haec clavis fuerit si quando reperta,
De sceleris venia sit tibi fiducia certa.'
Hacque iacens rupe planxit Gregorius annos
Quatuor atque decem. dominus, qui pavit Heliam,
Qui pavit Moysen, illum pavit sine pane.
Hic piscator abit. denis cum quatuor annis
Non semel in mentem subiit Gregorius illi.
Finito dicto iam tempore Roma carere
Incepit propter papam nec possunt habere.
Roma facit vota pro sancto patre. revelat
Uni devoto deus, pro patre petatur
Qui sedet in rupe Gregorius. omnibus ista
Visio complacuit. famuli mittuntur ubique
Ut sanctum quaerant. lustrantur singula missi
Ac illac istac quaerunt de nomine. tandem
Ad piscatorem dictum veniunt duo, quaerunt,
Tempore iam longo si quemquam rupe sedentem

343. et] *l.* atque *H.* 347. o miser, o cito? *H.* 349. *vielleicht* oblitis, *wenn der dichter dann vergeſsen hat das wunder von der schriftlos gewordenen zurückgelaſsenen tafel zu erzählen. H.* 351. paucula? *H.* 352. Et nullus fl. rivus? *H.* 355. *l.* Ullus — fuit ille locus s. fr. *H.* 359. *l.* tibi sit *H.* 360. *es steht* Gregorius planxit 366. papam, possunt nec habere? *H.* 368. *l.* ut pro *H.*

Noverit. ignotum sibi dicit: 'sed tamen olim,
Vix memini, quidam fuit hic peccator, eumque
In solo posui deserto. sed tamen illum
Post haec non vidi: non credo vivere.' 'ducas'
Tunc clamant illi 'nos ad rupem, videamus
Ut saltem rupem, licet hunc non inveniamus.'
Annuit his hospes, missos traducit, euntque
Ad rupem. sedet ecce miser quasi spiritus. illum
Vix vivum credunt, rapiunt, gaudendo reducunt.
Aspectus pallor eius erat, crura minuta,
Inplicitus crinis, caro vix caro, sobrius artus.
Ista probant illum signacula iam fore sanctum.
Vinctum deducunt gaudentes. unus eorum
In mare rete iecit, missum quoque tempus edendi
Iam fuit, ut pisces aliquos deprendere possent.
Ad mensam rete missum iure capiturque
Lucius eximius. gaudet, exenterat illum
Unus, in hoc clavem reperit. piscator ut ipsam
Aspexit clavem, clamat, sicut adiuvet ipsum
Iam deus, 'hanc clavem manus haec proiecit in undas.
Compedis est huius haec clavis.' compede rapta
Absolutum vinctum cuncti stupuere videntes.
Hinc repetunt Romam. Romanis nuntia fama
Dicit adesse virum. cuncti carpunt iter, illum
Suscipiunt, papam statuunt, sanctum venerantur.
Pater papa patrum parcit peccantibus et se
Exemplum statuit poenae venientibus ad se,
Dat veniam cunctis miseris peccantibus, in se
Cognoscit quae quisquis possit, quod misereri
Nil credit esse maius, sine quo nil posse mereri
Vel sanctum credit. a papa nemo recedit
Quin hunc propitium per totum praedicet orbem.
Fama volat, plane quod tam mitis miserator
Non fuit Romae, qui sic sciret misereri
Simplicibus miseris, veniam petentibus aegris.

384. *l.* A. pallór erat eius *H.* 388. *l.* iacit *H.* 393. *l.* sicut iuvet *oder* sic adiuvet *H.* 395 *f. vielleicht* compede rupta Absolvit vinctum: *H.* 400. *l.* Papa pater patrum *H.* 404. esse *zu tilgen H.* 408. *l.* fuerit *H.* 409. *l.* veniamque *H.*

Papae fama volat, matris pervenit ad aures
Ipsius papae. venit spes. haec trahit ipsam
Ad papam, cum ignorat quod filius eius
Sit Romae papa. regnum disponit iterque
Ipsa rapit Romam. quo dum pervenit, ad aulam
Festinat propere, pedibus provolvitur eius.
Papam non noscit, veniam poscit. stupet ille,
Mirando matrem coepit cognoscere, papa
Dissimulat matrem, mater supplex. 'crimen' inquit
'Si quod habes, domina, dic, ut iustificeris.
Si peccata deles, si vis dimittere crimen,
Omnipotens tibi dat coeli contingere limen.
Nunquam peccator tantus fuit, ut miserator
Non esset dominus, crimen deleret ut eius
Qui puro corde sibi viveret et sine sorde.'
Mater spe veniae concepta de pietate
Papae propitii suspirat pectore toto
Ac exponit ei totum cursum seriei,
Quem non ignorat, quoniam scit sicut et ipsa.
Ad gemitum cordis confessio iungitur oris.
Corde delens, palmis plangens, oculis lacrimando
Ostendit vere se velle commissa delere.
Papa videns matrem tantum commissa gementem
Solatur verbis et ei delicta remissa
A domino dicit. tenet hanc quasi sit peregrina,
Vel plus poeniteat non cognita. nomine tandem
Appellat matrem. mater stupet et sua proles
Quod sic non credit. tamen hunc accedit et inquit
'Si meus es natus, si sum tua mater, idemque
Miror et admiror quod te fortuna reservet,
O fili, si filius es. mirabilis ipse
Dicitur esse deus: quis posset scribere vel quis
Posset narrare quae tanta deus benedictus
Nobiscum fecit ac in nobis est operatus?'
Papa suum casum matri per singula narrat.
Ambo deum laudant, ambo domino benedicunt:

411. *es steht* hanc trahit ipsa 412. cum] quoniam? *H.* 418. ? 419. mihi dic? *H.* 420. *l.* doles *H.* 430. *l.* dolens *H.* 431. admissa? *H.* 437. *l.* sit *H.* 438. *l.* itemque *H.* 443. *l.* facit *H.*

Haec satis est illis, concordant vota duorum
In laudem domini, grates persolvere summas
Ambo student, verba vix inveniunt quibus illum
Laudent quem coeli laudant, quem laudat abyssus,
Quem terra laudat et quem cuncta benedicunt.
Illa vale dicit puero, puer hanc benedicit,
Papa regit Romam patriamque petit sua mater,
Mater salvatur, Gregorius almificatur.

446. *l.* Nec *H.*

ZUR LEX SALICA.

1

DIE MALBERGISCHE GLOSSE DER LEX SALICA.*

1. allgemeines, einleitendes.

Wenn nicht in Wales bis auf den heutigen tag sich ein rest der alten britischen sprache gehalten hätte, würden wir kaum eine ahnung davon haben dafs sie auch noch in den letzten zeiten der römerherrschaft in Britannien, und nicht das lateinische, die herrschende sprache gewesen. — ein ganz ähnliches verhältnis aber mufs in Nord-, namentlich in Nordostfrankreich stattgefunden haben; wenn man auch in den städten lateinisch sprach, das landvolk war gallisch geblieben und bei keltischer rede, das sieht man deutlich an der ganz unterschiedenen buchstabenbehandlung lateinischer worte im nordfranzösischen, s. g. normandischen, dialecte im vergleich mit der buchstabenbehandlung lateinischer worte in den südfranzösischen dialecten. in Nordfrankreich kommen nicht sowohl regelmäfsige lautverschiebungen innerhalb derselben consonantenreihen, als vielmehr consonantenmortificationen und consonanteneclipsen vor, wie sie die gälische sprache in ihren beiden innig verwandten, fast nur in eigenheiten der aussprache, aber in sehr wenigen lexicalischen und grammatischen eigenheiten sich scheidenden dialecten kennt.

* [statt handschriftlicher mittheilung an freunde und befreundete, von dr H. Leo. nur in fünf und zwanzig exemplaren abgedruckt. Halle 1842. *mit erlaubnis des verfafsers hier wiederholt.*]